Kulczycki Consorti Reformat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien personaliter Comparens Magnificus Basili Kulczycki Czopnik sanus mente et Corpore existens a Terrest Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesentibusque se Castren Capitan Praemyslien Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ex plenarie Incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipse Magnifica Anna Szeptyczka ob Magnifici Pauli Szeptycki cum Magnifica Tenna Komarnicka Consorte eius legitima procreata filia, sibi Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Centum Quinquaginta floren polon ratione Veri Doti et expeditionis post ipsam accepta et in dotem suam importati, nec non alia in summam similem Centum Quinquaginta floren polon ratione Certi Veri Dotalitii In et super tota et integra Medietate omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum Tam auri, Argenti, Clenodiorum, Unionum, margaretarum, Stanni, Cupri, Aeris, orichalci Vestium Vestimentorum Equorum, Equitiorum, pecorum, pecudum ac totius supellectilis Domesticae, nunc habiti et in posterum bene quaecunque forma et Materia existentium Dedit, dotavit, dotalitiavit Inscripsit et Reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, Inscribit et Reformat praesentibus Per ipsam Nobilem Annam Szeptyczka sui Recognoscentis legitimam Consortem eiusque posteros, eandem medietatem omnium generaliter bonorum suorum, haereditariorum et obligatoriorum, Mobilium et immobilium, ac res suprascriptas omnes in bonis

034

eorundem Utilitatibus et Usufructibus Competentiisq et Prerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumq successorum, quosvis bene placitos Usufructus, libere et effectualiter Convertendi. Vigore ac more, aliarum Reformationum, hactenus et etiam in Regno observari Solitarum Praesentis sua personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Vigore Laudi ... Feria Tertia post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millmo Sexcentmo Sexagmo Nono.

10/VII 1669

Komarnicki atys Donat.

Comparens plr Coram Officio et Actis psentis Castren Capitan Praemyslien Nlis Hrehori Komarnicki Klimowczak, Sanus mente et Corpore exens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. psenti Vo Castren Capitan Praemyslien Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum successoribus ac bonis suis glr oibus totaliter et plenarie Incorporando, atq Subiiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in fraseriis Villae Pulaczek w Osiadku Kuthyna od wody do Kiczory, in bonis Villae Komarniki Terra et Districtu psenti Praemyslien. iacen et Consisten. Cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate Tituloq haereditario, Omnibusq et singulis eorundem bonorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, Commodis emolumentibus, obvencionibus, attinentiisq et pertinentiis glr Omnis. Nihil ex praemissis Juris dominii, proprietatis, haereditatis, ac Cuiusvis Competentiae et Prerogativae, pro se Recognoscente, suisq successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Verum ita late, longe Circumferentia